



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

De oneribus Missarum ante Tridentinum n. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

De oneribus Missarum ante Tri-
dentinum.

Dubitabis secundo, an Epi-
 scopi, & Generales possint
 reducere ad minorem summam
 Missas, quæ fuerunt impositæ, seu
 reliæ ante Concilium Tridenti-
 num. Diana, a Marchinus, baliique
 apud ipsos absolute respondet, pos-
 le, quia Decretum solum vetat,
 ne possint impositas post Conci-
 lium.

Sed enim vero hi Doctores de-
 buerunt id addere, quod additur à
 Decreto, quod, dum vetat, ne possint
 impositas post Concilium, addit, ab-
 solutè, quod nec possint impositas in lis-
 mine fundationis. Si ergo hæc onera
 imposita fuerint in ipso initio fun-
 dationis, seu erectionis Beneficii
 vel Capellaniæ, & non processu re-
 poris, (quod secundū potuit eveni-
 rē, si quando auctis v. g. redditibus,

Kk 6 aucta

a Diana p. 2. tr. 14. ref 2. b Marchi
de ord. tra. 3. p. 2. c. 19. n. 31.

cc est pro-
 s Concili
 um.
 i quidem
 nodo, sed
 su Capi-
 pacet: li-
 n, uter
 us etiam
 iscopum,
 a potesta-
 d, modo
 seu Capi-
 hæc causa
 Genera-
 acis, non
 & cum
 s in futu-
 a, atque

D

num. 17.

aucta fuissent ab Episcopo & illa
onera) non poterunt ab Episcopis,
& Generalibus reduci , quamvis
fuerint imposita ante Concilium;
Verba absolute Decreti allata supra
§.1.0.7. sunt hujusmodi. Ne Episco-
pus , aut Generalis reducat onera Mis-
sarum celebrandarum , aut post Conci-
lium Tridentinum imposta , aut in li-
mine fundationis.

8. Relicta in ultimis voluntati-
bus, ac testamentis per modum le-
gati , si fuerint acceptata ante Tri-
dentinum , poterunt etiam à dictis
reduci, quia solum Beneficia; & Ca-
pellanie propriè dicuntur habere
limen fundationis, non autem me-
ta legata: At vero si ejusmodi lega-
ta, vel quæcunque eleemosina ma-
nualis sint acceptata post Tridenti-
num, reduci non poterunt , qui ade
acceptatis post Tridentinum Con-
gregatio universaliter loquitur sub
nomine oneris Missarum, talia au-
tem legata , vel eleemosina onus
scire est.

Modus

Modus reducendi prædicta acceptata ante Tridentinum , est idem, de quo modo diximus n.s.

Vnum denique addo , quod si Episcopas impetraret privilegium reducendi onera suæ Diœcesis, posset etiam reducere onera suscepta à Regularibus. Ratio est, quia etiam hæc sunt onera suæ Diœcesis licet non suæ subjectionis. Adde, quod sicut in Iure b Ordinarius loci exigit ab Religiosis exemptione in executionibus testamentorum, et que adeò in hac re subsunt dicti Regulares Episcopo , ita in eadem re ejusdem privilegio frui convenientissimum est.

De Oneribus Missarum nondum acceptatis.

⁹ **D**ubitabis Tertiò , An Episcopis licet moderari Missarum Ecclesiæ , sive ante , sive
Kk 7 post
a Bordon. ref. 25. b Clem. de Testam.